

PAVLVS PP. III.

14

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Cum superioribus diebus dilectum filium Franciscum Riccium primo et deinde pluribus diebus interpositis etiam dilectum filium Casarem Maratinum Pretores istius nostrae Terrae post finitum tempus dilecti filij sanctis de sacchis ad presens vni Pretoris deputauerimus prout in diuersis nostris in forma Breuis desuper expeditis litteris latius continetur. Nos ne ex hac duorum deputatione aliqua controuersia oriatur attendentes quod qui prior est in tempore potior est in iure, vobis in virtute sanctae obedientiae mandamus ut statim finito tempore dicti sanctis dictum Franciscum ad officium dictae Preturae admittatis postposito dicto Casare cuius deputationem post deum Franciscum et non antea locum habere debere decernimus et declaramus praemissis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Datus Roma apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vii. Januarij. M. D. XXXX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

B. Lo. S.

Dilectis filijs Prioribus et vniuersitati Terrae nrae Aquae  
pendentis

